



# Disputatio medica inauguralis de haemoptoe

<https://hdl.handle.net/1874/343307>

49.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE

# HÆMOPTOE,

*QUAM*

PRÆSIDE DEO TER. OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

JOANNIS GEORGII GRAEVII,

Politices, Eloquentiae & Historiarum Professo-

ris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici Consensu, Nobilissimaque*

*Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PROGRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis

rite ac legitimè consequendis,

*Eruditorum examini subjicit*

GEORGIUS BARCLAY, SCOTUS.

*Ad diem 2. Februarii horâ locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

---

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clo Ic xci.

*VIRO admodum Reverendo,  
D. GEORGO BARCLAY,*  
L. A. M. Verbi Divini promulgatori,  
per longam annorum seriem, facun-  
dissimo, Theologo solidissimo, pie-  
tatis patrono strenuissimo, impietatis  
(difficillimis etiam temporibus) hosti  
acerrimo, Patruo dilectissimo, mihi  
nunquam non venerando,

**N E C N O N**

Collegio Medicorum Regio, quod est  
Edenburgi,  
Cæterisque consanguineis atque amicis

Hanc Disputationem una cum se ipso

D. D. D.

**GEORGIVS BARCLAY.**

*Auct. & Resp.*

D I S P U T A T I O M E D I C A

I N A U G U R A L I S,

D E

# H Æ M O P T O E.

## T H E S I S I.



Nter varios morbos qui genus humanum infestant, haud immerito censetur ille qui Hæmoptysis apud Medicos dicitur. De quo, quum mihi pro gradu Doctorali, disputatuero materiam satis illustrem præbebit. Lectorem Benevolum præmonitum volo, ne hunc exquisite, sed levi tantum penicillo à me deliniatum expectet.

## I. I.

Hæmoptœn itaque aggredior, cujus vocabulum late sumptum, omnem sanguinis à quacunque corporis parte procedentis per os excretionem denotat: propriè tamen, de qua hic sermo est, docente Galeno, pro ea sanguinis per os expuitione sumitur, qui ex pectoris cavitate, pulmone, asperaque arteria procedit.

## I. I. I.

Differentias quod attinet, innumeræ apud autores reperiuntur, quas paucas solummodo easque præcipuas recencebimus. 1. Ratione quantitatis sanguinis sputa differunt, vel enim multa sunt vel pauca. 2. Ratione qualitatis, quod alia insipida, alia acria inveniantur. 3. Ratione modi excernendi, quod hæc cum tussi, illa cum screatu, hæc cum vel sine dolore ejitantur.

## I. V.

Sed antequam me ad causarum explicationem accingam, non inutile foret, de pulmone quædam præfari: verum enim vero ne in nimiam molem excrescat hæc disputatio, potius duxi Lectori oculatissimum Malpighium indigitare, ex quo facile sibi ad intelli-

A 2

gen-

#### 4 D I S P U T A T I O M E D I C A

gendarum hujus morbi naturam sufficientia hauserit. Sicco igitur pede hanc pulmonis structuram transiens, priusquam ulterius progressiar, adducendi sunt modi quibus apertio vasorum excitari solet: statuantur apud Auctores tres species; quarum prima *ārāsōmoīc* dicitur, altera est *sīānndēīc*, de quo tamen litigant Medici. 3. Est *sīāpeīc*, sive ea sit per *pāzīw*, sive *sīālēōīc*: eo lubentius hos vasorum apertoris modos adjunxi, quia ad delucidationem hujus morbi maxime usui sunt.

#### V.

His igitur præmissis ad causas redeamus, quæ variæ & multiplices ab Auctoribus statuantur, quas tamen vulgo in externas & internas dividere solent. Causæ interne hunc morbum producentes merito ad tria genera referri possunt; nempe ad sanguinis quantitatem vel qualitatem vel motum: causæ externæ concurrunt immediate, ut ictus, casus, vulnus, &c. quæ massam sanguineam augere, vel eandem acriorem reddere, aut ejusdem motum accelerare valent, qualia sunt aer calidus, cibus potusque generosior, ac copiosior, tussis, vociferatio, exercitia corporis vehementiora, &c.

#### V. I.

Nimia sanguinis plenitudo quid possit, facile est intelligere: à plethora enim vasa nimium distenduntur, & usque adeo dilatantur, ut particulas tenuiores sanguinis quaquaversum emittant. Si vero huic nimiæ sanguinis copiæ levitudo quædam adfuerit, vel vasa justo augmentoria sint, per quæ deferri solet, ibi dictum factum, obstructio exoritur, in quam à tergo insequens sanguis continuo impingens, vasa amplius cedere necia disruptum, hinc illæ lachrymæ.

#### V. I. I.

Acrimonia vero sanguinis, sive sit acida, sive salsa, biliosa, quomodo hunc morbum producere potest, videamus: particulæ enim salsa, quæ rigidæ, teretes, non ita flexiles, & in sua extremitate acuminatae sunt, per istas partes circulantes, & circa easdem partes morantes, acumine suo vasorum poris se insinuant, & magis ob particulas insequentes se iis intricantes eosdem dilatant, & plus a quo dilatando tandem disruptum, hi disrupti sanguinem undique emittunt, qui acreidine sua pulmonum nervos, vel arteræ asperæ

## INAUGURALIS.

asperæ fibras interiores, reliquasque partes vellicando, majorem sp. animalium influxum excitat; quo musculis ita commotis dia-phragma, pulmones, ad cursum quasi premuntur, tandemque aér una cum materia contenta, nisi tenuis existat nimis, cum impetu expellitur.

### VIII.

Acidæ particulæ in sanguine abundantes, cum particulis ab utra-que parte scindentibus constent, facilius hoc malum gignere possunt, quia non solum pungendo, sed & utrimque scindendo, fibras, porosque vasorum dissolvere queunt.

### IX.

Ad externas causas, internis quodammodo explicitis, me ac-cingere ratio dictat; in quibus, primo occurrit aér nimis calidus & subtilis, quis sanguinis fermentationes augendo nimium, cundem im-petuosissimè per vasa propellit, quæ prægressis quibusdam causis jam recensitis aperiuntur.

### X.

2. Loco alimenta generosa, acris, acida, salsa, viscida, eadem ratione, ut dictum, hunc affectum producere apta nata sunt, quatenus plenioram & acrimoniam in sanguine introducunt. 3. Vigilæ & lucubrations, quæ sp. animales dissipant, sanguinem parte sua spirituosa exhauiunt, qui illis depauperatus una cum reliquis etiam humoribus & crassiore & acrior evadit. 4. Etiam referri pos-sunt motus & quies. 5. Anima pathemata, ut ira, lætitia nimia, &c. denique 6. Menstrua, hæmorrhoides supressæ, &c.

### XI.

Causis internis exterisque explicatis, hujus affectus signa Dia-gnóstica ordine sequuntur: & sane hoc opus hic labor est, si quis ea recte instituere velit; an à sanguinis quantitate, qualitatevè, an ab internis, vel externis causis, an à thorace, an à pulmone, an ab arteriis, vel venis, an à capite vel partibus ori proximis, an à ventriculo hoc sanguinis sputum ortum sit. Quibus accurate de-scriptis, medicus de facilitiore prognosi & tuitiore cura certior erit.

## DISPUTATIO MEDICA

X I I.

A plethora si hic affectus ortum duxerit, ejus signa aderunt: ut appetitus plerumque minor, diminuta tardiorque alimentorum fermentatio, pulsus magnus, robustus, plenus, rarus, tardus si sit ad vasa, si sit ad vires minor, celerior, frequentior, respiratio magna, libera si nondum ad extremum pervenerit, si contra difficulter, color faciei iis plerumque roseus est, & tantillo tumidior, nitidior & splendidior, totius corporis habitus mollior est & laxior, calidior, venæ & arteriæ tument, spontanea corporis lassitudine laborant, somnolenti sunt. A qualitate sanguinis: scilicet, nimia acredine peccantis, corporis extenuatio, inquietudo, dolor pungens, aderunt, &c.

X I I I.

Tussi autem, vel alio quounque modo sanguis ex ore excretus, an ab arteriis, an à venis profluat, ex ipso sanguine emisso, vel ex promanandi modo dignoscitur, nam sanguis qui ex arteriis effluit, magis floridus est, rubicundior & spirituosior, quam qui ex venis; quin etiam majore cum impetu ex arteriis subsultat, quam è venis.

X I V.

Denique ratione partis mandantis: alius sanguis à capite deferatur, unde capitidis gravedo præcedit & dolor non nihil gravatus, vasa frontis turgida apparent, titillatio circa palatum deprehenditur, & si in guttur irruat, aliquando cum tussi, sepius tamen cum screatu ejicitur: alius ex ipso ore vel giugivis, qui simplici expunctione dignoscitur.

X V.

Sanguinem à pulmonibus exire, ex his scire poteris, quod floridus sit, spumosus, ab aëre ei communicato per os asperamque arteriam in pulmones, qui sanguinem spumescere facit, præterea etiam semper, cum vel sine tussi majori vel minori, prout sanguinis acrimonia major vel minor sit, sine dolore rejicitur.

X VI.

Ex ventriculo emitte sanguinem, patet ex grumositate & nigredine, per moram enim quam in ventriculo accepit sanguis particulae ejus subtiliores, relictis crassioribus, qua data porta avolant, sanguinemque minus floridum at coagulatum efficiunt.

ciunt. Ab acido enim ventriculi fermento grumosus & coagulatus redditur. A thorace fluens sanguis parum ab eo qui ex ventriculo profluit differt; distinguitur quoad colorem, nisi quod aliquando puri admixtus sit, & tunc cum tussi & dolore redditur.

## X V I I.

Signis Diagnosticis quin etiam utcunque explicatis, ad prognostica properamus, quæ ratione causarum alia aliis periculosiora sunt ut D. senex Aph. 25. Sect. 4. *sanguinem superne quidem efferrit, qualisunque sit, malum.* Omnis enim vasorum apertio, quæ sanguinem effluere sinit, periculosa, præcipue in pulmonibus. Si ab ~~anæ quoct~~ proveniat sanguis, plus periculi quam à *diapnoeis*, quia rara facta vasa facilius, quam aperta in pristinum statum reduci possunt. *Diapnoeis* adhuc pericolosior est, & nisi brevi temporis spatio vulnus consolidetur, incurabilis merito à Practicis habetur.

## X V I I I.

Ultimo loco ad curationem, quæ varie pro causarum diversitate indaganda est. Si à quantitate sanguinis malum proveniat, ea minuenda erit, sin vero à qualitate vitiosa, temperanda & infringenda est, vasa quomodounque vel quandocunque rupta consolidanda & conglutinanda sunt, tandem bona diæta prescribenda.

## X I X.

Si nimia plenitudo sanguinis adfuerit, V. S. revulsoria & aversoria in paroxysmo pro viribus ægri celebranda erit, partim ut vehemens motus cohibeatur, partim ut ad alium locum reducatur, sic ut vasa ad pristinum statum quodammodo reduci possint. Ad vitiosam qualitatem temperandam & infringendam sequentia usitatoria, inter plurima ab Auctoribus recensita medicamenta, excellunt. V. C. rhabar. acetosa; plantago, millefolium, flores rosarum rubrar, rasur. ebor. suc. pom. immatur. &c. saccharum saturni, lapis prunellæ, tinct. corallorum, ol. & sp. vitrioli, sp. sulp. nitri, acetum stillatium, camphora, bolus armen. ocul. cancr. terra sigillat. conducunt & syrpus de symphyto fernelii, myrt. portulac, &c. ex quibus variæ formulæ componi possunt, ut

*Aq. Plantag. 3ij.*

*Cinamom. 3iv.*

*Acer. Stillat. 3ij.*

*Coral. pp. 3h.*

Sang.

8 DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS.

Sang. Dracon. 3j.

Land. Opiat. gr. iiij.

Syr. Papav. Errat. 3j.

F. Mixtura, cochleatum usurpanda.

Si alvus non bene respondeat, purgandum est tali medicamento.

Rz. Tamarind. 3lb.

Fol. Senn. 3ij. Rhabarb. 3j.

Coq. s. q. in aq. comm. Colat. 3ijj.

Dissol. Mann. & Syr. Rosac. an. 3lb.

M. F. Potio.

Si sanguinis sputum copiosum perseveret utatur frequenter tali decocto.

Rz. Rad. Consolid. Maj. 3j.

Liquirit. Raf. 3lb.

Herb. Buglos. Tussilag. flor. papaver. errat. an. Mj.

Passifl. Maj. cum. arillis 3ij.

Decoq. in s. q. aq. ferrat ad lib. ij.

Convenit quoquè infusio ex stercore Cabal. in vino rubro adstringent. Nonnulli laudant tabellas ex diatragacan. frigid. spec. Hali ad tabem, sacchar. in aqua rosar. solut. & quæ sunt similia. Tempore nocturno inter specifica habentur pill. de Styrace & Cynoglos.

X X.

Sed omnia hæc frustra erunt nisi bona accedit dieta. Itaque aëris sit frigidus. Cibi dentur refrigerantes constringentesque, nec non conglutinantes, veluti sunt hordeacea ptisana, pulmenta ex oryza, milio cum lacte caprino parata, fructus adstringentes, extremitates animalium, carnes pullorum, assæ autem potus quam elixæ conducunt, utilia etiam sunt Cydonia mala, & NB. Cibi coquendi sunt in aqua in qua Chalybs sit extinctus, potus sit Cervisia tenuis, lac mulier. Capril. vel aqua hordei, cum liquirit, vinum rubrum in parva quantitate cum gutis aliquot bals. sulph. anisat. vitet corporis exercitia, aërem leviter æger inspiret. excrementa alvi indies promoteantur naturâ vel arte: somnus sit moderatus; vitet animi pathemata.

F I N I S.